

Band III., Nr. 888, Seite 388

Abt Friedrich und sein Konvent von Zwiefalten verleihen die von ihrem Professen Friedrich angekauften Weinberge in Untertürkheim dem ehrbaren Manne Heinrich, genannt Frei, gegen einen genannten jährlichen Hellerzins auf Lebenszeit.

Ohne Ortsangabe, 1237.

Fridericus, divina misericordia Zuiuidensis monasterii humilis abbas, et eiusdem loci conventus universis Christi fidelibus in posterum has litteras inspecturis salutem in salutis omnium auctore. Temporales actus supplantare solet ruina temporis, nisi certificentur apicibus sigillatis. Innotescat igitur presentibus et futuris, quod nos unanimi consensu vineas illas quas redemit Fridericus, nostri zenobii professus, in villa que dicitur Dúrnkain¹, cuidam honesto viro Henrico, cognomento libero, quoad vitam suam, sub tali condicione concessimus, quatenus ipse singulis annis de eisdem^a vineis X libras Hallensis monete uni de nostris confratribus in festo sancti Galli sine omni contradictione, quemcumque dicti^b fratres ad hoc communi consilio deputaverint, persolvat, eosdem etiam denarios, secundum quod ipsorum privilegium indicat, expendendos. Ne vero huiusmodi negocium sequens dampnet^c oblivio, presenti pagine decrevimus intitulare, eandem etiam paginam nostri sigilli^d [munimine]^e roborari.

 Actum anno incarnationis^f dominice M^o. CC^o. XXX^o. VII^o., indiccione X.

Nach dem Diplomatar des Klosters Zwiefalten, einer Pergamenthandschrift aus dem 15. Jahrhundert, fol. 104.

^aDas Diplomatar liest unrichtig: *eiusdem*

^bDas Diplomatar liest unrichtig: *dicte*.

^cDas Diplomatar liest unrichtig: *dampnat*.

^dDas Diplomatar liest unrichtig: *sigillo*.

^eStatt *munimine* ist eine Lücke für ein Wort offen gelassen.

^fDiplomatar unrichtig: *incarnacione*.

¹Untertürkheim.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

H 14 Nr. 367, fol. 104 (neue Zählung S. 59)

Editionen:

Lünig: Reichsarchiv, Bd. 18, S. 865.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Friedrich; Abt von Zwiefalten Zwiefalten; Konvent

Ortsindex:

Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361)
 Schwäbisch Hall, SHA
 Untertürkheim Wohnplatz (62)
 Untertürkheim, Stuttgart, S
 Zwiefalten Wohnplatz (16028)
 Zwiefalten, RT